



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Ioannes wilkinsonus. n. 28.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

XXVIII. Hæc altero post *Schondonehi* accessum anno contigere, 1617. Anno septimo *VWilkinsonus*, ille qui celebrem *Henrici Garnetti* tinctam sanguine ipicam acceperat, in hunc Adolescentum cætum adscriptus, cum à patentibus tam importunè reuocaretur vt scriberent matrem ni rediret præ matre morituram, respondit "le matrem quidem quo deberet affectu tenerrimo prosequi; illius tamen causâ (neque si mille matres haberet) nequam locum hunc optatissimum propositum uicæ cursum delerturum,) oprauit etiam iste Societatem moriens, sed ferius peruenit nuncius concessionis, Præclara interim de rebus diuinis, & de iustitia Dei maximè, disserens "O, inquit, si quis diuinam illam iustitiam serio mentis oculis intueatur nulla ratione vellet, etiam si id posset efficere, vt peccata sua essent impunita) Post mortem inuentus est syllabus actionum diurnarû tanto ordine, & tam magna pietate conceptus, vt nostros in admirationem, Inuenes vero (in quorum manus primùm inciderat) ad virtutem penitus excolendam raperet.

Academicus etiam adolescens qui in Philosophiæ studijs non penitentiam Oxonij posuerat, huc appellens, hæresim quidem momentis rationum victus eiuerauit, hostem tamen humani generis tam sensit infensum vt continuis propè labefactaretur machinis, modò parentum atq; sodalium, modò voluptatum & dignitatum memoria recurrente, quarum vel spe vel præsentia carere durum videbatur: Impietas præterea ab hæreticis hausta parentibus tam pertinaciter hærebat animo vt difficulter, & non sine horrore quodam preces Catholicas, eas præsertim quibus Sancti inuocantur, recitaret, Christianum vero sacrificium cum fastidio, ac pene cum risu spectaret. Suadetur vt arrepto Rosario opem saltem virginis Matris quàm humillimè efflagitet, Id dum vesperi aggreditur intimo de peccatis dolore subito commotus vim ingentem profundit lachrymarum, ijsque matutino adhuc tempore madens hortatori suo rem inter singultus exponit, A consuetis inde liber molestijs, disciplinam Seminarij eâ animi propensione cõplexus est vt cum paribus in Hispaniam missus, & post decursa studia factus Sacerdos Patriæ se reddiderit non inutilem operarium. In promptu esset plures commemorare qui vel perceptam hoc in conuictu voluptatem omnibus domesticis oblectamentis prætulere, vel vitam exegere cum virtute eximiam; *Thomas Stillingtonus* omitti iure non potest, qui licet extremum à Belgio procul obierit diem, Audomari tamen hausit principia doctrinæ & Sanctitatis, ex tribus illis vnus qui primi sub *Rogero Lea* spiritualibus exercitijs ex polito gradum fecere ad magna ad diuinum obsequium perficienda, & eodem quo *Schondonehus* septimo-decimo huius seculi anno sublatys est; à cuius felici exitu viam sternemus ad ea quæ in reliqua vita sanctè gessisse memoratur.

XXIX. Audomaro Romam ad Philosophiam, Româ Messanam in Sicilia ad Tyrocinium profectus, priusquam mentes sexdecim in Religiose perfectionis stadio poluisset difficili ægritudine cepit afflictari, quâ